



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

89. An Religiosi B. Ioannis à Deo, vulgo dicti Bonfratelli, vel alii Regulares,  
si privilegia Mendicantium participant, possint excipere in suis Hosp.  
talibus confessiones infirmorum sine ordinarii ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

licentiam ab Episcopis, posse nihilominus audire confessiones secularium, quia quamvis strictè non habeant beneficium parochiale, largo tamen modo dicuntur ipsi habere, quia habent curam animarum, & sunt communiter probatores, & digniores, tam literis, quam moribus, plerisque secularibus habentibus curata, & consequenter per eos sufficienter satisfi menti Concilij Tridentini. Ita Valerus, qui etiam *ibid.* paulò post docet Sacerdotes simplices, sine licentia, & approbatione Episcopi posse absolueri non solum peccata venialia, & mortalia, aliàs ritè confessà, sed etiam peccata mortalia in confessione oblita, & hæc sunt eius verba. Ego puto probabile, peccata oblita (cum iam sint indirectè absoluta in prima confessione,) posse postea absolui à quocumque etiam non exposito, seu approbato. Sic Valerus, sed an probabiliter iudicent alij; sicut de alia opinione Ioannis Sanctij in *selectis, disp. 49. à n. 11. usque ad 14.* vbi acutè & solidè probat Equites D. Ioannis, D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatravæ, utpotè verè Religiosos (vt nos alibi satis probauimus) posse peccata confiteri cum simplici Sacerdote, non approbato ab Episcopo.

Sup. hoc in  
tom. 3. r.  
ex Ref. 35.  
§. 2. &c.

Sup. hæc  
mortalia  
oblita in to.  
1. r. 4. ex ia.  
tissima do.  
ctrina Ref.  
to. à §. vlt.  
Albij signan  
ter in Ref.  
quæ nunc est  
in tom. 9. r.  
2. Ref. 162 in  
fine, & hic  
infra in Ref.  
100. &c.

## RESOL. LXXXVIII.

*An Regulares possint excipere confessiones famulorum actu seruientium, & commorantium in eorum Monasteriis, absque Episcopi approbatione?*

*Et notatur dictos Confessarios absolueri posse super dictos famulos à casibus locorum ordinariis reservatis.*

*Et etiam queritur, à quo sit puniendus Regularis, excipiens secularium confessiones absque approbatione Episcopi?*

*Et an Regulares possint ministrare Sacramentum Extreme-Vnctionis secularibus ratione hospitij sine aliqua alia occasione in Monasterio ipsorum infirmantibus ad mortem?*

*Et notatur posse Regulares ministrare Eucharistiam in Paschate, & Viaticum in articulo mortis familiaribus, & seruitoribus commorantibus in Monasterio, vel si sint coniugati, & dormiunt nocte extra Conuentum. Ex p. 9. r. 9. & Misc. 4. Ref. 36.*

Sup. hoc in §. 1. Afirmatiuè respondet Bordonus in *Constit. Regul. tom. 2. ref. 34. n. 41. & tom. 2. ref. 75. n. 84.* Tamburinus de *Iure Abbatum, tom. 2. disp. 6. q. 6.*

2. Verum ego adhaereo negativæ sententiæ, quam tuetur Rodriguez *tom. 2. q. 67. art. 1. & Suarez tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 9. cap. 4. num. 18.* Quibus adde Mancinum de *visit. infirm. pract. 3. dub. 14.* Pellizat. in *Man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 4. sect. 2. num. 55.* & Lezanam in *summa tom. 2. cap. 16. num. 16.* Constat enim ex Concil. Trident. *sess. 23. cap. 15.* nullum etiam Regularem posse Confessiones secularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, &c. idoneus iudicetur. Deinde Urbanus VIII. in Bulla, quæ incipit, *Cum sicut accepimus*; & refertur in Bullario *tom. 4. Bull. 92.* reuocat omnia privilegia aliàs concessa, quoad audiendas confessiones secularium personarum, sine examine, & approbatione Ordinarij.

3. Dicere autem cum Peyrino, & aliis, quod Patres Concilij Tridentini, & Urbanus VIII. loquuntur de confessionibus secularium extraneorum (quales sunt etiam mortuæ, qui Monasteriis inferuiunt, sed in iis non viuunt, neque dormiunt; & teste Rodriguez *tom. 2. quest. 67. art. 1.* dicuntur familiares lato modo)

non autem de confessionibus famulorum, qui sunt continui commensales, qui scilicet ordinariè viuunt in Monasteriis, ibique comedunt, bibunt, & dormiunt, hoc inquam dicere, est mera fuga, & gratis dicitur: nam Concilium, & Urbanus absolute, genericè, & sine vlla distinctione loquuntur; ergo eorum verba secundum regulas iuris absolute, & sine vlla limitatione intelligenda sunt.

4. Sed si aliquis quærat hinc quomodo, & à quo sit puniendus Regularis excipiens secularium confessiones absque approbatione Episcopi. De hoc dubio nouissimè extat declaratio Sacre Congregationis reuocantis sequentis. Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini. Queritur ab Eminentissimis Vestris, quæ peno, & à quo sit puniendus Sacerdos Regularis, qui absque præsentia Archiepiscopi, seu Episcopi approbatione confessiones personarum secularium audit: Die 14. April. 1646. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum respondit: Punientum esse ab eodem Archiepiscopo, seu Episcopo peno, etiam censuram. Petrus Aloyus Cardinalis Carafæ. Franciscus Paulinus S. C. C. Secret.

5. Notæ etiam hinc, quod Bordonus, & Peyrinus in locis citatis tenent, dictos Confessarios absolueri posse prædictos familiares à casibus locorum Ordinariis reservatis. Sed go contrarium teneo cum Patre Lezana, vbi *supra à n. 17.*

6. Sed hic obiter quæro, an Regulares possint ministrare Sacramentum Extreme-Vnctionis secularibus occasione hospitij intra Monasteria ipsorum infirmantibus ad mortem? Afirmatiuè responder. Pellizarius in *Manual. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 4. num. 326.* Idque ait ille, absque licentia Episcopi, & aut Parochi; & hoc ex indulto concessio PP. Benedictinis, & relato in Compen. Soc. *verb. Extrema Vnctio*, his verbis: Possunt nostri iis, qui intra septa Collegiorum, seu domorum infirmati fuerint, Extreme-Vnctionem Apostolica auctoritate liberè Parochialis Presbyteri, aut alterius cuiuscumque Episcopi, vel Superioris licentia, vel assensu nullatenus requisiti ministrare. Ita Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 9. cap. 4. num. 16.* qui bene notat, ad vsum talis indulti, nullam familiaritatem requiri, sed sufficere, vt quis ægrotet intra Monasterium; siue id contingat ratione hospitij, siue aliqua alia occasione (studiorum v.g.) Aduertit autem Miranda *part. 1. Manual. quest. 49. art. 1.* eiusmodi indultum fuisse concessum à Nicolao Franco Apostolicæ Sedis Legato de Latere, & coque posse frui etiam alios Regulares per viam communicationis, & quidem etiam in præsentia. Sed vt optime obseruat Lezana *vbi supra num. 20.* dubitari potest, an tale indultum inter *viua vocis oracula* recitandum sit, & per consequens his temporibus inutile. Notandum est etiam cum DD. quos affert, & sequitur Leandrus de *Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 3. quest. 1.* postea in Regulares ministrare Eucharistiam in Paschate, & Viaticum in articulo mortis familiaribus, & seruitoribus commorantibus in Monasterio, vel si sint coniugati, & dormiant nocte extra Conuentum, quia hæc etiam commensales sunt continui.

RESOL. LXXXIX.

*An Religiosi B. Ioannis à Deo, vulgo dicti Bonfratelli, vel alij Regulares, si privilegia Mendicantium participant, possint excipere in suis Hospitalibus confessiones infirmorum sine Ordinarij approbatione?*

*Et cursim inferitur, quod in Religione quoruncumque Regularium Sacramentum penitentia administratur penitentibus*

RESOL. LXXXIX.

*An Religiosi B. Ioannis à Deo, vulgo dicti Bonfratelli, vel alij Regulares, si privilegia Mendicantium participant, possint excipere in suis Hospitalibus confessiones infirmorum sine Ordinarij approbatione?*

*Et cursim inferitur, quod in Religione quoruncumque Regularium Sacramentum penitentia administratur penitentibus*

RESOL. LXXXIX.

*An Religiosi B. Ioannis à Deo, vulgo dicti Bonfratelli, vel alij Regulares, si privilegia Mendicantium participant, possint excipere in suis Hospitalibus confessiones infirmorum sine Ordinarij approbatione?*

*Et cursim inferitur, quod in Religione quoruncumque Regularium Sacramentum penitentia administratur penitentibus*

penitentibus de familia à Confessariis deputatis tantum in Religione, ex consequentia c. 11. sess. 25. Concilij Tridentini. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Refol. 95.

Quoad hoc §. 1. Affirmativè respondet Bordonus in consil. Regul. resol. 36. quæst. 2. n. 63. Quia omnes persone de familia Religiosorum quoad Sacramenta subduntur Prælati Regularibus, Conc. Trid. c. 11. sess. 25. vi de famulis, & reliquis recentius resol. 4. quæst. 16. §. Famuli; sed hospitalia Regularibus subiecta, & persone in eis degentes sunt de familia Religiosorum, hospitalia enim cum suis pertinentiis non solam iure antiquo, Clem. quia contingit, de relig. dom. §. Præmissa, & lem. 1. de privileg. §. fin. Religiosis, quibus est ab Apostolica Sede concessum, ut famularibus suis domesticis, aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus Sacramenta ministrare possint, nullum per dictam Clementinam præiudicium generari vult; sed etiam nouo, sess. 25. cap. 8. hospitalia Regularium non eximuntur ab eorum iurisdictione, & de nostræ Religionis hospitalibus Nicol. V. Constit. Pastoralis officij, Dat. 20. Jul. 1447. statuit in hæc verba. Et hospitalibus singulos ministros idoneos deputandi, & eligendi, ipsique sic electi, & deputati absque alterius Apostolicæ, vel ordinariæ conlervationis adminiculo in spiritualibus, & temporalibus iuxta ipsius ordinis mores, & instituta Regularia reagentur. Item Nicol. IV. Cisterciensibus Sacerdotibus ab Abbate deputandis concessit facultatem audiendi confessiones, & alia Sacramenta administrandi infirmis inibi degentibus in eorum hospitalibus, provt refert Compend. Rodriguez resol. 74. numer. 4. Et pro Domin. in consil. Dudum siquidem. Bonif. IX. inserta in Constit. Ad Summi. Mart. V. Ergo iudicandi sunt secundum mores, & statuta Religionis: in Religione autem quorumcumque Regularium Sacramentum Pœnitentiæ administratur penitentibus de familia à Confessariis deputatis tantum intra religionem: ergo & infirmi ab his audiri possunt sacramentaliter. Quod autem degentes infirmi in hospitalibus sint de familia Religionis, constat ex c. 1. citato Clement. de privileg. iuncto cap. fin. de verb. signific. tales enim inibi vocantur, qui vivunt de expensis Religionis, & comedunt in domibus Religiosorum; ad hoc facit etiam glossa verb. quod verò, quæst. 5. caus. 3. & quæ habet Graff. lib. 2. arbit. 36. num. 6. Tum quia si est aliqua difficultas, maximè ex Trident. illo c. 1. sess. 25. vbi disponitur nullum Religiosum posse confessiones secularium audire sine approbatione Episcopi, privilegij, aut quavis consuetudine etiam immemorabili non obstantibus; sed hæc nullius est momenti, quia Concilium nihil disponit in casu nostro, siquidem inibi sermo est de merè secularibus, ut infirmi degentes in hospitalibus Regularibus, qui quamdiu ibi detinentur, reputantur ac si essent Religiosi quo ad favorabilia, & cum Religiosis adhærent Religiosi censendi sunt, argument. l. qua Religiosis, ff. de rei vend. & Concilium bene, & necessario recipit hanc expositionem de iure, quia iura iuribus concordare expedit, cap. cum expediat, de elect. in 6. aliter cap. 15. vbi requiritur approbatio Episcopi, aduocaretur, cap. 11. sess. 25. citat. vbi dicitur quod persone de familia Religionis quoad Sacramenta eximuntur à iurisdictione Episcopi; ergo illud intelligendum est respectu secularium, qui non sunt de familia, ut vitetur correctio iurium, maximè in eodem Concilio, quæ quantum fieri potest vitanda est, cum sit odiosa, cap. cum dilectus, §. ceterum, de consuet. ad quam vitandam interdum verba impropriantur, vt dicitur Anton. in dist. cap. num. 15. Imol. num. 12. Abbas in cap. cum olim, de sent. & re iud. Alex. Tom. VII.

xand. conf. 85. & ex eis Sanchez disput. 15. num. 19. lib. 10. ergo si verba possunt impropriari ad euitandam correctionem; ergo à fortiori restringi, cum restrictio non excedat eorum proprietatem, immo id fiat secundum leges, quæ odiosa mandant restringi. Et hæc omnia asserit Bordonus, ex cuius mente dicta esse volo. Nam, vt optime obleruat Gauantus in man. Episcop. verb. Confessarius, num. 23. & 264. & alij, Religiosi non approbati non possunt audire confessiones secularium, qui sunt de familia lato modo sumpta, sed ij, qui verè sunt de familia, & continui commensales; sed inter hos annumerandos esse infirmos in hospitalibus Regularium egrotantes nimis laxum videtur, ideo tu cogita. Sed post hæc scripta inueni Raphaelem Aueriam de Sacrament. Pœnitent. quæst. 16. sect. 7. nominatim Bordonij sententiam refellere.

RESOL. XC.

An Generales, & alij Prælati Religionum possint confiteri confessionibus extra Religionem? Et quid de Generalibus & Præpositis Religionis nostræ? Et an supradicti possint eligere in Confessarium quemcumque Sacerdotem etiam ab Episcopo non approbatum intra, & extra Religionem? Et an privilegium, quod habent Præpositi eligendi quemcumque Confessarium, extendi possit etiam ad Vicarios nostros in Sede Vacante, vel alio modo absente Præposito? Et an si absentia Præpositi esset non solum à domo, sed etiam à Ciuitate, vel esset mortuus, vel ex alia causa dimisisset Officium, an in istis casibus Vicarius habeat iurisdictionem fori conscientie, & contentiosi? Et docetur, quod privilegium insertum in corpore iuris non comprehenditur in generali derogatione sub nomine privilegij his verbis, non obstantibus quibuscumque privilegijs. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 1.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent communiter DD. ex cap. pro dilatione, de pen. & remissiv. vnde Villalobos in summ. tom. 1. tract. 9. diff. 47. num. 4. si asserit. [ Tienen jurisdicion ordinaria los Prelados de las Religiones, como son generales, y Prouinciales que tienen jurisdicion quasi Episcopal, y los Guardianes, Abades, y Prioros que presiden a toda la comunidad, que ellos todos son ordinarios respectiue, y tienen facultad de elegir confessor, por la concession de Greg. IX. porque todos ellos se comprehenden de baxo de nombre de Prelado, y assi està en vfo en las religiones como dize Soto in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. ] Sic Villalobos, & alij vbi infra. 2. Sed difficultas est in nostra Religione, tiam in decretis Capitulorum generalium p. 1. c. 6. n. 1. sic habetur. Nemo nostram iua peccata extero Sacerdoti confiteri queat, sed his tantummodo nostratibus Confessariis, qui à Præposito domus fuerint designati, nõ obstante quocumque privilegio, cui ex nunc totius Religionis nomine renunciamus, ac cedimus. Vnde sub his verbis Peregrin. in comm. ad nostras constit. const. 5. p. 1. c. 9. lit. C. §. 1. putat cõprehendi Generales, & Præpositos, & ideo ait ille, quod quando à Religione eliguntur ad dictas Prælaturas, subintelligitur pactum implicitum, quod est obseruandi, & curandi, vt obseruentur constitutiones, & decreta Capituli generalis vnde eo ipso quod acceptat Prælaturas, tacitè renunciantur dicto privilegio, quo gaudere non possunt nisi intra Religionem, nec decretum, hoc est contrarium canonij, quia privilegio suo cuique licet renunciare, l. si quis in conscribendis, C. de pactis, hæc Peregrinus.

Sup. hoc in Ref. seq. in principio, & in Ref. 1. post seq. §. Quoad & infra in §. Deinde, huius Ref. ad mediã vers. Cum ex dicto c. & Vide etiam Ref. & §. eius not. Sup. hoc in Ref. 1. not. præterite à lin. 4. & in Ref. 2. §. Ex his, & recitatur in alio §. eius not.

